

**COMMUNION Philippians 1: 20-21**

Magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem. Mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum.

**POSTCOMMUNION**

Fortium pane refectis tribue nobis, omnipotens Deus: ut sicut beati Martyres tui Joannes, Isaacus eorumque socii, eodem roborati, animam suam fratribus ponere non dubitarunt; it nos, alter alterius onera portantes, proximos nostros opere et veritate diligamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia secula seculorum.

*(Commemoration of Sts. Cyprian & Justina, Martyrs)*

Præsta nobis, quæsumus Domine, intercedentibus sanctis Martyribus tuis Cypriano et Justina; ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia secula seculorum.

Christ shall be magnified in my body, wither it be by life, or by death. For to me, to live is Christ; and to die is gain.

O almighty God, grant to us who are fed with the Bread of the strong, that as Thy blessed Martyrs John, Isaac, and their Companions, strengthened by this same Bread, did not hesitate to lay down their lives for their brethren; so we, bearing one another's burdens, may love our neighbor in deed and in truth. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Grant us, we beseech Thee, O Lord, through the intercession of Thy holy martyrs, Cyprian and Justina, that what we take with the mouth, we may receive with a pure heart. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**MASS PROPER: SEPTEMBER 26, STS. JOHN BREBEUF, ISAAC JOGUES, & COMPANIONS (USA)**

MASS (*Hi sunt*) (red)

**INTROIT Apocalypse 7: 14**

Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, et laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in sanguine Agni. (Ps. 116: 1) Laudate Dominum, omnes gentes; laudate eum, omnes populi. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen. Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, et laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in sanguine Agni.

These are they who are come out of great tribulation, and have washed their robes, and have made them white in the blood of the Lamb. (Ps. 116: 1) O praise the Lord, all ye nations; praise Him, all ye people. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. These are they who are come out of great tribulation, and have washed their robes, and have made them white in the blood of the Lamb.

**COLLECT**

Deus, qui primitias fidei in amplissimis Borealis Americae regionibus beatorum Martyrum tuorum Joannis, Isaaici, eorumque Sociorum praedicatione et sanguine consecrasti: concede propitius: ut, eorum intercessione, florida christianorum seges ubique in dies augeatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia secula seculorum.

O God, Who didst sanctify the first fruits of the Faith in vast regions of North America by the preaching and blood of Thy blessed Martyrs, John, Isaac, and their Companions: mercifully grant through their intercession that the abundant harvest of Christian souls may increase everywhere day by day. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

*(Commemoration of Sts. Cyprian & Justina, Martyrs)*

Beatorum Martyrum Cypriani et Justinæ nos, Domine, foveant continuata pæsidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxiliis concesseris adjuvari. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia secula seculorum.

May the continual protection of the blessed martyrs, Cyprian and Justina, comfort us, O Lord; for Thou didst not cease to behold with favor those Whom Thou hast granted the grace of such assistance. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**EPISTLE 2 Corinthians 12: 11-15**

Fratres: Ego enim a vobis débui commendári: nihil enim minus fui ab iis, qui sunt supra modum Apóstoli: tamétsi nihil sum: signa tamen apostolátus mei facta sunt super vos in omni patiéntia, in signis, et prodígiis, et virtútibus. Quid est enim, quod minus habuístis præ céteris ecclésiis, nisi quod ego ipse non gravávi vos? donáte mihi hanc injúriam. Ecce tértio hoc parátus sum veníre ad vos: et non ero gravis vobis. Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. Nec enim debent filii paréntibus thesaurizáre, sed paréntes filiis. Ego autem libentíssime impéndam, et super impénder ipse pro animábus vestris: licet plus vos díligens, minus díligar.

**GRADUAL Psalms 123: 7-8**

Ánima nostra sicut passer erépta est de láqueo venántium; láqueus contrítus est, et nos liberáti sumus. Adjutórium nostrum in nómine Dómini, qui fecit cælum et terram.

**LESSER ALLELUIA 2 Corinthians 1: 5**

Allelúja, allelúja. Sicut abúndant passiónes Christi in nobis: ita et per Christum abúndat consolátio nostra. Allelúja.

**GOSPEL Luke 6: 17-23**

In illo témpore: descéndens Jesus de monte, stetit in loco campéstri, et turba discipulórum ejus, et multitúdo copiósá plebis ab omni Judæa, et Jerúsalem, et marítima, et Tyri, et Sidónis, qui vénerant, ut audírent eum, et sanaréntur a languóribus suis. Et, qui vexabántur a spirítibus immúndis, curabántur. Et omnis turba quærébat eum tángere: quia virtus de

Brethren: For I ought to have been commended by you: for I have no way come short of them that are above measure apostles, although I be nothing. Yet the signs of my apostleship have been wrought on you, in all patience, in signs, and wonders, and mighty deeds. For what is there that you have had less than the other churches, but that I myself was not burthensome to you? Pardon me this injury. Behold now the third time I am ready to come to you; and I will not be burthensome unto you. For I seek not the things that are yours, but you. For neither ought the children to lay up for the parents, but the parents for the children. But I most gladly will spend and be spent myself for your souls; although loving you more, I be loved less.

Our soul hath been delivered as a sparrow out of the snare of the fowlers. The snare is broken, and we are delivered. Our help is in the name of the Lord, who made heaven and earth.

Alleluia, alleluia. As the sufferings of Christ abound in us: so also by Christ doth our comfort abound. Alleluia.

At that time, Jesus coming down with them, stood in a plain place, and the company of His disciples, and a very great multitude of people from all Judea and Jerusalem, and the sea coast both of Tyre and Sidon, who were come to hear Him, and to be healed of their diseases. And they that were troubled with unclean spirits, were cured. And all the multitude

illo exíbat, et sanábat omnes. Et ipse, elevátis óculis in discipulos suos, dicebat: Beáti, páuperes: quia vestrum est regnum Dei. Beáti, qui nunc esurítis: quia saturabímmini. Beáti, qui nunc fletis: quia ridébitis. Beáti éritis, cum vos óderint hómines, et cum separáverint vos et exprobráverint, et ejécerint nomen vestrum tamquam malum, propter Fílium hóminis. Gaudéte in illa die et exultáte: ecce enim, merces vestra multa est in cælo.

**OFFERTORY Wisdom 3: 6**

Tamquam aurum in fornáce probávit illos, et quasi holocáusti hóstiam accépit illos, et in témpore erit respéctus illórum.

**SECRET**

Immaculátam hóstiam fac nos, Dómine, puris méntibus offérre, quam beátis Martýribus tuis illibátis vitæ candor et juge mortificatiónis stúdium dapem suavíssimam efficiébant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Commemoration of Sts. Cyprian & Justina, Martyrs)*

Múnera tibi, Dómine, nostræ devotiónis offérimus: quæ et pro tuórum tibi grata sint honóre Justórum, et nobis salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

sought to touch Him, for virtue went out from Him, and healed all. And He, lifting up His eyes on His disciples, said: Blessed are ye poor, for yours is the kingdom of God. Blessed are ye that hunger now: for you shall be filled. Blessed are ye that weep now: for you shall laugh. Blessed shall you be when men shall hate you, and when they shall separate you, and shall reproach you, and cast out your name as evil, for the Son of Man's sake. Be glad in that day and rejoice; for behold, your reward is great in heaven.

As gold in the furnace the Lord hath proved them, and as a victim of a holocaust He hath received them, and in time there shall be respect had to them.

O Lord, grant that we may offer with pure minds the spotless host, which to Thy blessed Martyrs, through their immaculate life and continual practice of mortification, became a most sweet banquet for them. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

We offer unto Thee, O Lord, the gifts of our devotion: may they please Thee as honoring Thy just ones, and through Thy mercy profit us unto salvation.. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.